Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ORAS

cum domino. Exspectauimus pacem
et non erat bonum. Tempus medie
tatis ecce formido. A dan audiuit fre
mitus equorum eius. A uoce hinnitus
pusnatorum eius commota est omnis
terra. et uenerunt et deuorauerunt terram
et plenitudinem eius. urbem et habita
tores eius. Quia ecce ego mittam uo
bis serpentes pessimos quibus non
est incantatio et mordebunt uos dicit
dominus. Dolor meus super dolore
In me cor meum merens. Et ecce uox
clamoris filie populi mei de terra longinqua.
Numquid dominus non est in sion.
aut rex eius non est in ea. Quare
ergo me ad iracundiam prouocauerunt
in sculpturis suis. et in uanis
ratibus alienis. Transiit messis
finita est estas. et nos saluati non sumus.
Super contritione filie populi mei contri
tus sum. et contristatus. stupor obti
nuit me. Numquid resina non est in gala
aad. aut medicus non est ibi. Quare
igitur non est obducta cicatrix filie po
puli mei.

IX

Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem la
crimarum. et plorabo die
ac nocte interfectos filie populi mei.
Quis dabit me in solitudinem. et di
uersorium uiatorum. et derelinquam
populum meum. et recedam ab eis. quia
omnes adulteri sunt. et cetus prauari
catorum. Et extenderunt linguam
suam quasi arcum mendacii. et non
ueritatis. Confortati sunt in terra da
tamala ad malum egressi sunt. et me
non cognouerunt dicit dominus. Unus
quisque se custodiat a proximo suo. et in
omni fratre suo non habeat fiducia.
Quia omnis frater supplantans sup
plantabitur. et omnis amicus fraud
ulenter incedet. et uir fratrem suum de
ridebit. et veritatem non loquentur. Do
cuerunt enim linguam suam loqui men
dacium. ut iniquae agerent laborauer
unt. Habitatio tua in medio doli. in do
lo renuerunt me scire dicit dominus.
Propterea hec dicit dominus exercituum
Ecce ego conflabo et probabo eos. quid
enim aliud faciam a facie filie populi mei.
Sagitta uulnerans lingua eorum do
lum locuta est. In ore suo pacem cum
amico suo loquitur. et occulte ponit
ei insidias. Numquid super his non insi
tabo dicit dominus. aut in huiusmodi non ulciscetur anima mea.
Super montem assumam fletum dicit
dominus. ac lamentum. et super spe
cosa deserti planctum. quoniam incen
sa sunt eo. quod non sit uir pertransiens
et non audierunt uocem possidentis
a uolucre celi usque ad pecora transiu
grauerunt et recesserunt. Et dabo ihe
rusalem in aceruos harene et cubile
draconum. Et ciuitates iuda in de
solationem. eo quod non sit habitator
Quis est uir sapiens qui intelligat
hoc. et ad quem uerbum oris domini
fiat. ut annuntiet istud. Quasi peri
erit terra et exusta sit quasi desertum
eo quod non sit qui pertranseat. Et
dixit dominus. Quia dereliquerunt
legem meam quam dedi eis. et non
audierunt uocem meam. et non am
bulauerunt in ea. et abierunt post

39